Iniicio is. pe. cor. ꝓprie ĩtro iacio ĩmitto ĩnecto. Plau. Añq̃ hec in domũ iniicias. Ter. in an. Que ſeſe in ignẽ iniicere voluit ꝓhibui. Aliqñ ĩ aliq̇d iacio: vt apud eũdẽ. Iniiciã in eũ manũ. Uñ manus iniectio d̃r vẽdicatio rei nobis debite: nulla iudicũ auctoritate expectata. Quintil. patri in filiuꝫ patrono in libertũ manus iniectio. Pau. Si titius ſeruũ vẽdidit ea lege vt ſi rome moratus eẽt manus iniicere liceret: emptor alij eadem lege vẽdidit ⁊ ſeruus fugit a ſecũdo emptore ⁊ rome moratur. Quero an ſit manus iniectio ⁊ cui. Uirg. Iniecere manũ parce: hoc eſt traxerũt debitum ſibi. Aliqñ iniicere eſt cũ ĩpetu iacere: ſeu ĩpetũ facere. Ouid. Qua centũ q̇ſq̃ parabat iniicere anguipedũ captiua brachia celo. Aliqñ ſimpl̃r iacere. Plau. in epi. Tragulã in te iniicere adornat. Idẽ ĩ cap. Iniicite huic manicas maſtigie. i. innectite. Et in caſ. iam pol ego huic aliquẽ in pectus iniiciã metũ. i. ĩmittam. Liui. lib. j. Iniecte turno catene. i. ĩpoſite. Huius compoſitũ eſt. Super iniicio. Uirg. lib. iiij. geor. Et raras ſuper iniice frondes.

Iniciũ: ceptũ: ab initio is. Et inicia cereris ſacra dñr. Uar. li. ij. de re ruſ. Aſinillo pecore ĩmolãdi initiũ primũ ſũptũ vr̃ cuius veſtigia ꝙ initijs cereris porci ĩmolanť: ⁊ ꝙ initijs pacis fedus cũ feriť porcus occidiť: alio noĩe initiatiões nuncupanť Que vt ait Tertu. ſꝑ arcent ꝓfanos ⁊ arbitris carent.

Inicio as. ſacris imbuo. vñ iniciatus ſacris ĩbutus Hier. in exo. poſtq̃ iniciaueris manus eoꝝ. i. ꝯſecraueris: ⁊ ſacris addicaueris. Et initiari dñr pueri cũ a lacte ⁊ a cunis trãſeunt vt cibo firmiori alanť. Nã apud Uar. legiť initiari pueros edulie ⁊ potice ⁊ cupedinis edendi ⁊ potandi ⁊ cubandi: reperitur etiam initior deponens: vt in p̃s. Et initiati ſunt Belphegor. Eſt ⁊ initiare incipere.

Initiarius. a. um. pe. ꝓ. ad initium pertinet. Quintil. lib. j. Neq̃ enim eſt ſanctius ſacris iiſdem q̃ ſtudijs initiarijs.

Iniquus ab ĩ ⁊ equus. e. in ĩ ꝓductã ꝯuerſa ⁊ idẽ ẽ qȯ nõ planꝰ vñ loci iniq̇tatẽ dicimus. Per trãſlationẽ v̇o de hoĩbus impijs ſeu ĩprobis d̃r: ⁊ iniq̇tas ꝓ iniuſtitia ſumiť: aliqñ capiť ꝓ magno. Uirg. iniquo põdere raſtri: aliqñ ꝓ anguſto. Idẽ verũ hec ipſe quidẽ ſpatijs excluſus iniquis pretereo.

Inimicus q̇ nõ eſt amicus ⁊ priuatus eſt hoſtis publicus. Sue. in Sue. Scribit etiam ad ipſuꝫ hoc familiariter ne dum plane inimicus aut hoſtis.

Inimicor aris. depo. inimicitias exerceo datiuo iungitur.

Inimico. as. cum accuſatiuo ſignificat inimicuꝫ facio. Hora. Et miſeras inimicat vrbes.

Inimicitia ſingulari numero dixit. Cice. lib. iiij. tuſ. Inimicitia ira vlciſcendi tẽpus obſeruans. Ceſa. lib. de ana. plurali ſemper numero dicendas putat inimicitias.

Iniũgo is. ĩpono demãdo: vt iniũgo tibi hoc onus: ꝓprie tñ iniungẽ ẽ itꝰ vl̃ ſupra iũgẽ. Col. li. vij. Iugũq̃ q̃rto die accipiũt cui ramꝰ illigatꝰ temonis vice traiiciť. Interdũ ⁊ põdus aliqȯ iniũgiť vt maiore niſu laboris exploreť patiẽtia. Idẽ lib. v. Itaq̃ pigui terra ſingul̃ brachijs licebit bina iniũgẽ flagella

Iniuges hoſtie vocabãť q̇ nũq̃ domite aut iugo ſubdite fuerãt

Iniuria ex eo dicta eſt ꝙ nõ iure fiat. Oẽ enĩ qȯ nõ iure fit iniuria d̃r ſiue v̇bis ſiue re. Re cũ manus inferanť: v̇bis cũ fit cõuitiũ. Special̃r v̇o iniuria d̃r ꝯtumelia q̃uis vt quidã volũt ab inuicẽ differãt ꝙ iniuria ſit in v̇bis ⁊ iõ leuior ꝯtumelia in factis. Pacu. patior facile iniuriã ſi eſt vacua a cõtumelia. Qñq̃ iniuriã dicimus dãnum culpa datũ: qñq̃ iniquitateꝫ vt cũ q̇s inique ſñiam dixit ꝙ iure ⁊ iuſticia careat: q̃ſi non iniuriam. Nõnunq̃ aduerbial̃r ſumitur pro ĩmerito. Iniurioſus qui iniuriã facit. Iniurioſus. a. um. iniuria plenum.

Iniurius. a. um. qȯ eſt iniquũ. Plau. in aul. Si mihi dat operaꝫ me illi iraſci iniuriũ eſt: aliqñ iniuriũ aduerbiũ poniť. Terẽ. in ecy. Iniuriũ aũt eſt vlciſci aduerſarios: vbi Do. Iniuriuꝫ iniquũ indignãtis mõ ſignificatio eſt: ⁊ vim aduerbij hꝫ.

In manu vel in manibus eſt d̃r ꝓ eo qȯ ẽ in ꝑtãte vel in ꝓmptu ⁊ in facili vt victoria in manibus eſt. i. q̃ſi iã teneť. Et in manibus ꝓ inter manus. Ci. in Cato. Septimus mihi liber originũ eſt in manibꝰ. i. operi nõduꝫ ſũma ẽ ĩpoſita manus. In manu aq̃s poſcimus: veteres ãt aq̃s manibꝰ pedibuſq̃ dixerũt. In manũ dať ei q̇ ſeparatĩ accipit ſine arbitris: aut ĩterpte: vt p̃uaricator aut iudex corruptus. Terẽ. in phor. Soli ſumus nũc inq̃ hic eho dic quid velis tibi dari in manum.

In mentem venire non tantum eſt reminiſci: ſed etiam recogitare ⁊ conſiderare. Cice. in mentem tibi non venit cauſaꝫ publicam ſuſtinere. i. non cogitas.

Innitor. penultima producta. vide in dictione nitor.

Ino nomẽ cadmi ⁊ Hermionis filie vxoriſq̃ athamãtis thebarũ regis: ⁊ liberi p̃ris nutricis. Eadẽ Cicerone teſte ẽ q̃ Leucothea. i. alba dea a nobis v̇o matuta q̄ ⁊ aurora d̃r. vñ Oui. in faſ. Leucothoe grais matuta vocabẽ nr̃is. Fabulã inonis Oui. li. iiij. me. refert queãdmodũ ino cũ meliceta filio ꝓp timorẽ de ſcopl̃o ſe p̃cipitẽ miſit ĩ mare: amboq̃ fc̄i ſũt dij marini. Illa leucothea melicertes palemõ q̇ ⁊ portunus vocati ſũt. De q̇bus Cyprianus Melicertes et Leucothea p̃cipitãť in maria ⁊ fiunt poſtmodum maris numina.

Inno as. per duplex nn ex in ⁊ no. quaſi intus no a quo innato as. frequentatiuum.

Innocuus actiue accipiť ꝓ eo q̇ nocet. Ply. li. viij. eoſdẽ peſtiferos ferũt ĩ grecia: ĩnocuos eẽ ĩ Sicilia: paſſiue v̇o ꝓ eo cui nõ noceť. Uirg. Et ſedere carine oẽs innocue. i. ſine detrimẽto.

Inocco as. ſigt̃ cooperio: qȯ fit cũ ſemẽ in agro ſeminatuꝫ eſt et glebas ſarculis aut cratibꝰ diſſoluimꝰ vt ſemẽ humo ꝯtegať Col. lib. ij. Nã ſemẽ qȯ ſicco ſolo ĩgeſtũ ⁊ iã inoccatũ eſt ꝑinde ac ſi repoſitũ in horreo non corrũpiť. Componiť auteꝫ ex in ⁊ occo as. qȯ eſt cõminuo. ſed de occo alibi.

Inoculo as. pe. cor. ſigt̃ oculũ vnius arboris alteri adhibeo: ſeu oculũ in arbore aperio. Col. lib. xij. His q̇dẽ diebus arbores ficoꝝ inoculanť. Qȯ genus ĩſitionis emplaſtratio vocatur. Ply. lib. xvij. ĩficis aũt ⁊ malis hec fuit inoculatio antiqua.

Inoleſco is. inoleui inolui etũ: ⁊ itũ ſigt̃ creſco grãdis fio. Aug. Miror apud quoſdã infideles. vñ tã ꝑnitioſus error inoleuerit vt ſuꝑ tumulos defunctoꝝ cibos ⁊ vina conferant.

Innoteſco is. notus fio. Lac. li. j. Deniq̃ a doctis huius ſeculi q̇bus forte ſcripta eius: innotuerunt derideri ſolent.

In numerũ ſignificat ĩ ordineꝫ. In numerum ludere eſt ſaltare. Uirg. Tum vero in numeruꝫ faunoſq̃ feraſq̃ videres. Ludere tamen rigidas motare cacumina quercus.

Innuo is. ſigno aliq̇ capitl̃ volũtatẽ oñdo: ſiue affirmẽ ſiue negẽ

In ordinẽ redactus: ⁊ in ordineꝫ coactus. i. iter viles ⁊ abiectos numeratꝰ. Liu. lib. xij. Tribuni plebis ĩ ordinẽ redacti. i. ꝯtẽptui habiti. Sue. in clau. In ordinem ſe coactum conſcriberet. Hinc etiam extra ordinem pro egregie dicitur.

Inops pauper. vñ ĩopia: paupꝫtas. Aliqñ d̃r ſine ope ſine auxilio Uñ inopẽ aĩ: inopẽ prudentie dicimus. i. ſine ope aĩ: ſine ope prudẽtie. Aug. li. iiij. cõ. Ardor ĩops prudẽtie. Iungiť enĩ cũ gt̃s oĩuꝫ rex. Aliqñ ĩops d̃r ĩſepultus. Uirg. li. vj. Hec oĩs ẽt quã cernis ĩops ĩhumataq̃ turba. Ex iure. n. põtificio terra iniiciebať ⁊ circa cadauera ⁊ circa abſentiũ corꝑa q̇buſdam

ſolēnibus ſacris additis. Jnops igitur ſine terra quę ops ðꝛ qui nullus poſſeſſoꝛ eſt: pauper cui ſuę res nō ſufficiunt.

Jnopioſus.a.um. ſine ope. Plau. Sępe ego res mltas tibi mandaui dubias egenas inopioſas conſilij.

Jmpꝛonitus.pe.ꝑ. vide ſupꝛa in dictione Fruniſcoꝛ.

Jmpꝛimis.pe.ꝑ. duę partes ſunt ⁊ eſt aduerbiū ſignificatqꝫ ante oēs: vel ante oīa: vel vnū ex pꝛimis. Sal. Quę quidem res īpꝛimis mihi vr̄ fuiſſe cā facinoꝛis maturādi: impꝛimis cum m ante b ab īpꝛimo verbo eſt habetqꝫ pe.coꝛ.

Jn poſterum.pe.coꝛ. vide in dictione poſtremo.

Jnquies etis. pꝛo īquietus.a.um. generis oīs: vel figurate iungitur neu.generi. Sal.lib.j.hiſt. Humanum genus inquies atqꝫ idomitum. Hinc īquieto as.pe.pꝛo. Hiero.lib.j.Re. q̄s es tu q̄ clamas ⁊ inquietas regem. Colu.lib.ix. Ne incubantes matrices ab alijs auribus inquietentur.

Jnquilinus.pe.pꝛo. ex in ⁊ colo ꝓ habito. vide in dictione colo.

Jnq̄lino.as. habito: a quo inq̄linatus us. pꝛo icolatu. Aug. in expoſitione p̄s. Quo migrandum eſt ex hoc inq̄linatu.

Jnquio is. defectiuū eſt: ⁊ ſignificat dico. Ci.tn̄ lib.ij. de oꝛa. Attendere ⁊ aucupari verba opoꝛtebit inquio: vt ea quę ſunt frigidioꝛa vitemus. Jdē in eodē. Tu inquiſti moleſtus non eris. ⁊ lib.iiij. ad herē. Quid tibi vis aliquis inquiat.

Jnq̄no as.pe.ꝑ. maculo deturpo. Lact.lib.vj. Pecudū ſanguis effuſus quo aras inq̄nāt. Ci.li.j.tu. Quibꝰ cęcati velut domeſticis vitijs atqꝫ flagitijs ſeſe inq̄naſſent. Fit āt a cunio is: vt inq̄t Feſtus. Cunire vō eſt ſtercus facere. Huius cōpoſitū ē coinq̄no. Col.li.viij. Totā ꝓgeniē coinq̄nat ſiquidē celeriter cum alia pecoꝛa: tū pꝛęcipue oues ꝯtagione vexentur.

Jnſanus.pe.ꝑ. nō ſanus: q̄ non eſt ſani ꝯſilij ⁊ q̄ non hꝫ mentez integrā. Vn̄ īſania ſtultitia quę ⁊ īſanitas ðꝛ. Ci. inſapientia aūt quaſi īſanitas: eadēqꝫ dementia. Jtem inſanus magnus ðꝛ. Unde īſani feriant ſine littoꝛa fluctus. Per. Jnſani dicta catonis: inde inſane aduerbium vehemēter pꝛopterea ꝙ īſani oīa vehementer faciūt inq̄t Uar. Jtem valde ſanus.i. doctus. Perſi. Et inſano multum laudanda magiſtro.

Jnſanio is.iui.itū. a ſanus cōpoſitū ⁊ deriuatū putatꝛ ꝓ īſanias facio ſiue īſanus ſum: qn̄qꝫ ⁊ inſanire eſt carmen cōponere. Uirg. inſanire libet. Nā inſani enthei dicuntur.i. deo pleni.

Jnſequoꝛ.pe.coꝛ. ſequoꝛ vel inſequendo ſequoꝛ. Uirg. inſequitur clamoꝛqꝫ virum ſtridoꝛqꝫ rudentum. Et inſequi ꝓſequi. Quintil. Cum eum maledictis inſequeretur.

Jnſeruio is. vide in dictione Seruio.

Jnſecta aīalia ſūt partim terreſtria: vt ſcolopēdrię ſtelliōes: partim volucria vt apes veſpę: partim cū vtroqꝫ participantia vt foꝛmicę: partim pennis ⁊ pedibus carentia: vt tineę: quę in homine naſcuntur. Dicta inſecta ab inciſuris quę nūc ceruicum loco: nunc pectoꝛum ſunt atqꝫ alui.

Jnſero is.pe.coꝛ. inſerui īſertū ſignificat īmitto ſiue vnio. qn̄qꝫ facit īſeui īſitum de arboꝛe ðꝛ: qn̄.ſ. ſciſſo trunco ſurculus fęcūdę arboꝛis īſeritur in ſterili: ſiue cū oculus vnius arboꝛis adhibetꝛ: quod q̄dā inoculationē vocant vel qn̄ ſeminatꝛ aut plantatꝛ. Uirg. īſere nunc melibeę pyros pone oꝛdine vites. Col.lib.iij. Vitē quā īſiturus es: reſecato ⁊ plagā leuato atqꝫ ita findito ⁊ paratos ſurculos in fiſſurū dimitto eatenus qua adraſi ſūt. Jdē īſita eſt fructuoſioꝛ q̄ꝫ quę īſita non eſt.i. q̄ꝫ quę cū ramis aut plantis ponitꝛ per trāſlationē. Lac.li.v. Odiū ⁊ inuidiā ⁊ dolū hoībus inſeuit vt tā eſſent q̄ꝫ ſerpentes venenati: tā rapaces q̄ꝫ lupi. Leo papa ꝓ vnire exēplū poſuit: qm̄ inq̄t filiꝰ dei venit ſoluere opa diaboli: ⁊ ita ſe in nobis noſqꝫ īſerunt ſibi vt dei ad humanā naturā deſcenſio fieret hoī ad diuinā ꝓuectio. Hier. ad pāma q̄d neceſſe fuit me latentem īſerere qōni opponere īuidię plurimoꝝ.i. īmittere. Colu. Nauſea diſcutitꝛ ſi ītegrū gallinaceū crudū ouū ieiuni faucibus īſeras. Diome. īſeroꝛ īſertus ⁊ īſitus facit. Et tradūt q̄dam īſitus arboꝛum eſſe: īſertus hoīs vel alicuius rei. Ser. īſitas arboꝛes dicimus: īſertas vō cauſas aut fabulas. Ply. lib.x. penna per tranſuerſas īſerta nares.

Jnſerto as. frequentatium ab inſertum foꝛmatum. Uirgil. Hic ferro accingoꝛ rurſus clypeoqꝫ ſiniſtram inſertabaꝫ aptans: meqꝫ extra tecta ferebam.

Jnſitio ipſe inſerendi actus. Col.lib.iij. Tria autem genera inſitionum antiqui tradiderunt.

Jnſitium lignum qᷣ inſitum eſt. Col.lib.iij. Terram circa arborem aggerato vſqꝫ ad ipſum inſitiuꝫ. Et item. Paleato luto bene ſubacto oblinito totam plagam ⁊ ſpacium qᷣ eſt inter ſurculos vſqꝫ eo vt duobus digitis inſitia extent.

Jnſitiuus.a.um. qᷣ inſeritꝛ. Gel. corpuſqꝫ ⁊ aīaꝫ bn̄ initiatus pꝛimoꝛdijs īſitiuo degeneriqꝫ alimento lactis alieni coꝛrūpere.

Jnſideo es.pe.coꝛ. ſedeo ſeu ſup maneo ſto. Lac.li.v. Et iuſtus ille nactus fuerit aliquē ſauciū equo īſidentē. Aliqn̄ ītus ſedeo ſeu ſto. Ci.lib.iiij.tuſ. cū āt hic feruoꝛ ꝯcitatioqꝫ aī inueterauerit ⁊ tanq̄ꝫ ī venis medulliſqꝫ īſederit. Aliqn̄ doloſe quēpiā expecto. vn̄ inſidię ⁊ īſidioꝛ. Aliqn̄ obſidere ⁊ mō cū actō ꝯſtruitꝛ. Liui.lib.ij. de bel.puni. Mago locum monſtrabit quē inſedebatis. Mō dtō. Uirg.lib.xj. Arripuitqꝫ locuꝫ ⁊ ſyluis inſedit iniquis. Liui.lib.ix. īſeſſis oībus vijs per q̄s cōmeatus ex ſammio ſubuehebatur.

Jnſido is.pe.coꝛ. ſignificat ad ītus habitandū īgrediendūue vado. Lac.lib.vj. vitanda ergo ſpectacula oīa nō ſolū ne q̄d vitioꝛum pectoꝛibus inſidat.i. ingrediatur ad ſtandum. Sta. lib.the. paſſiuum pꝛotulit. Summis inſiditur aſtris: cōſtruit ⁊ cum actō. Uirg.lib.x. viam inſidere.

Jnſidię fallacię. Cice.lib.iij.offi. ſunt ne igitꝛ inſidie tendere plagas. Pꝛopꝛie doloſa expectatio ad aliquē aggrediendum inſidię dicuntur quę clam inſidet vt hoſtes fallant.

Jnſidioꝛ aris. inſidias tendo. Salu. in iug. Atherbalem vitę ſuę dolis inſidiatum eſſe.

Jnſidioſus qui ſępe inſidiatur a quo inſidioſe quod eſt cum inſidijs. Cice.lib.iij.offi. Ratio ergo poſtulant ne quid inſidioſe: ne quid ſimulate: ne quid fallaciter.

Jnſcitia ignoꝛantia ab inſcitus.a.um. participio.

Jnſcius ⁊ conſcius ꝯ̄ꝛia ſunt: ⁊ a ſcius cōpoſita īſciens. vn̄ īſciēter ⁊ inſcientia quę ꝯ̄ꝛia ſunt ſcientię. Ci.lib.acad. Sed inter ſcientiam ⁊ inſcientiam compꝛęhenſionem illaꝫ collocabat. Aliqn̄ inſciens capitur pꝛo ſtulto ⁊ aliqn̄ pꝛo ignaro.

Jnſcribo pe.ꝑ. ītus ſiue ſupꝛa ſcribo. Ci.lib.j.tu. q̄d nr̄i phi: nōne in his ipſis libꝛis quos ſcribūt de ꝯtēnenda gl'ia ſua noīa inſcribūt. Jtē caſio. Jn ſtatua quā poſuit in roſtris inſcripſit parenti optime merito. Jnterdū īſcribere ſignificat noīare ſiue intitulare. Lac.lib.j. Minutius fęlix in eo libꝛo qui octauius inſcribitur: ſic argumentatus eſt. Jnterdum dilacerare Uirg. ⁊ verſa puluis inſcribitur haſta. Plau. Coꝛpus tuum virgis vlmeis inſcribam.i. inſignibo.

Jnſcriptus qn̄qꝫ pꝛo non ſcripto ſumitur: vt apud Uar.lib.ij. Jtaqꝫ greges ouium longe abiguntur ex apulia inſamnium ęſtiuatū atqꝫ ad publicanuꝫ pꝛofitentur ne ſi inſcriptum pecus pauerit lege cenſoꝛia committant mulietos.

Jnſignis ⁊ hoc īſigne ex in ⁊ ſignū ſiue ſignis cōponitꝛ. ελλινι ςι δε λεγουσι περισημον εκ του περι και σημαι-ρω. Et ꝓpꝛie ðꝛ excellēs q̄ in aliq̄bus cernitꝛ eē ſignis q̄bus noſcitꝛ vel noſci pōt vt in coloꝛis ⁊ veſtiū rerumqꝫ varietate noſcitꝛ ſiue noſci pōt eē eū ꝓbū vel impꝛobum. Seu qꝛ ſigna cū ſint īdicia reꝝ ſp eminēt manifeſtaqꝫ ſūt. Sic viri v̄tute excellētes oībus ſūt noti. Ci.li.iij. ad Heren. Jdē fit in imaginibus: vt q̄ nobis diligēter notę ſūt hę parum videantꝛ īſignes aliſs. Hic Ci. eo ꝙ pꝛius dixit notę aperuit īſignes ſignificare notę ſiue notabiles. Uir.li.iij.g. Nec mihi diſpliceat maculis īſignis ⁊ albo. Liui.li.j. Flaminē ioui aſſiduū ſacerdotem creauit inſigniqꝫ eū veſte ⁊ curuli regia ſella adoꝛnauit. Uirg.lib.iiij. Oſtroqꝫ īſignis ⁊ auro Stat ſonipes. Hoc loco īſignis īſtratus q̄ſi īſignitus. Ad facinus trāſtulit. Ter. in eu. Jādiu aliquā cām q̄rebat ſenex q̄ꝫobꝛē aliq̄d īſigne faceret. Do. īſigne aliq̄d magnū ⁊ nobile facinus. Ad virtutē. Uirg. inſignē pietate viꝝ.i. illuſtrē magnū ſiue nobilē p̄clarūqꝫ ac p̄ſtātē aliqn̄ ad vitiū. Et latrones vocamus q̄ maioꝛe manu maioꝛeqꝫ audacia graſſantꝛ: vt ī eu. Hēbāt āt vinctū quēdā īſignē: cū de ſeditioſo ⁊ homicida dicatꝛ. Et īſignia ſcelera a tacito dr̄. Oē eni qᷣ excellit ſiue illud qᷣ ſit vitiū ſeu virtus

inſigne dr̄: vñ ēt qñqȝ ſimplr̄ ꝓ magno ſumit̄. Lucil. Locus nō curat caudā īſignē eē mō piguis ſiet. Ab īſignis fit īſignitas ꝓ claritate. Inſignit̄ clare ſume. Apul. Hō īſignit̄ malus

Inſignia dñr ea q̄ in veſtib⁹ vexillis ⁊ hmōi īſignita ſūt: aut ipſe veſtes vexilla ⁊ alia q̄ ſiūt aut ferunt̄ ita ab alijs diſcreta vt noſci poſſint cui⁹ ſint ⁊ ad quos ꝑtineāt: vt veſtes militares ⁊ inſignia militaria regalia ꝯſulariaue quibus acies ab acie eques ab eq̄te rex ⁊ ꝯſul a viro priuato cognoſci dȝ. Uirg. li. ij. Danaūqȝ īſignia nobis aptemus clypeos. Liui. lib. ij. Ipſe en ille nr̄is decoratus īſignibus magnifice incedit. Sal. cū faſcibus atqȝ alijs īperij īſignibus ad manliū in caſtra tendit. Mos enī fuit antiquoꝝ vt bñ meritis īſignia tribuerēt magiſtratuū. vñ ſcribit Tacitus decreta fuiſſe narciſo q̄ſtoria īſignia a Claudio ceſare. Ab eodē īſignia p̄turę Criſpino decreta fuerūt. Et nō ſolū ſunt ſigna ⁊ ornamenta ob virtutem adepta. Uñ īſignia laudis ⁊ īſignia glorię dicimus: vt Cice. Apio. Inſignia enī virtutis multi ēt ſine v̄tute aſſecuti ſunt. Aug. li. viij. cō. Qui ēt ob inſigne p̄clari magiſterij ſtatuā in foro romano meruerat verūetiā q̄cq̄d aliq̄d oñdit īſigne dr̄ Ambro. Deſponſata ne temeratę virginitatis adureret̄ inſamia cui grauis aluus corruptelę videret̄ īſigne p̄ferre.

Inſignio is. iui. itum. ſignis noto ſeu diſtinguo vt apō Claudianū. lib. j. Hic elementoꝝ ſeriē: ſedeſqȝ paternas īſignibat acu. Cic. lib. iiij. ad heren. Si quā rem deformabimus turpem: at cruentam aut cęno oblitam aut rubrica delibutam iudicemus quo magis inſignita ſit forma.

Inſignite pe. ꝓ. aduerbiū ſig̃t cū notę īdicio. Ci. Nec iprobū notari aut vituperari īſignite poſſet īſigniter ēt aduerbiū ſignificat ſume clare aperte. Apul. Homo īſigniter malus.

Inſimulo as. pe. cor. Accuſo: crimen ingero. Cice. Treba. Hic tu me etiā inſimulas nec ſatiſſactionē accipis. Jungitur ēt gñ̄qȝ gtō. Terē. in phor. Si herū inſimulabis auaritię male audies. vnde īſimulatio: q̄ vt inq̄t Do. eſt falſi vel veri criminis incuſatio. Eſt ⁊ inſimulare fingere. Ci. lib. iij. offi. Solus neglexit fidē: furere īſimulauit: nec coiret inſtitit.

Inſinuo. as. vide in dictione Sinuo.

Inſiſto is. q̄ſi firmo. Uirg. lib. xj. vtqȝ pedū p̄mis īfans veſtigia plantis īſtiterat iaculo palmas armauit acuto. Et īſiſtere eſt operā dare Hiero. in ꝓlo. Tob. Sed melius eē iudicās phariſeoꝝ diſplicere iudicio: ⁊ epoꝝ iuſſionibus deſeruire: īſtiti vt potui. Itē ſolicitare vrgere. Ply. Frequenſqȝ vt id agerem īſiſtebat. Ci. ad herē. aliter. Nūc idētidē noſmetipſi nobis īſiſtemus: res enim cōis agitur. i. vim faciemus.

Inſilio. is. pe. cor. inſilui inſiliui vel inſilij inſultum: vnde inſulto ſignificat intro aut ſurſum ſalio. Sta. lib. ix. the. inſiliere vadis magnoqȝ fragore ſolutus. Agger. Luc. lib. iij. Inſiluitqȝ ſolo nociturus pondere puppim.

Inſolēs pe. cor. ex in ⁊ ſolēs ſiue ab īſoleo lȝ nuſq̄ȝ legat̄: ⁊ ſignificat inſuetū ⁊ inſolitū: vñ īſolētia. Ci. pro Deiota. Moueor ⁊ inſolētia loci. Sal. īſolens vera audiendi. Gel. lib. j. Atqȝ id qō a. L. Ceſare excellētis īgenij ac prudētię viro in p̄mo de anali. ſcriptū eſt. Habe ſp̄ in memoria atqȝ in pectore vt tanq̄ȝ ſcopulū fugias inauditū atqȝ īſulens verbum: per tranſlationē ponitur ꝓ ſuperbo ⁊ arrogāte qui p̄ter legē agit humanam atqȝ nālem. Et quē audacē vel prę̄ſumptuoſum dicere ſolemus. Qō eſt cū q̄s audet facere vel dicere quod ipſe nō ſolet. vel quod ab alijs modeſtis viris fieri aut dici non ſolet. Cic. pro Marcel. Et victoria quę ſui natura inſolēs eſt Inde inſolentia arrogantia inſolenter arroganter.

Inſolum veteres ꝓ īſolitū dixerūt. Afra. Orbitatē ſenectuti tuę malū metui: qō inſolū non venit cęco ac dementi.

Inſolitus non ſuetus. Aliquando pręter ſolitum. Gel. intempeſtiue ac inſolite diſſerebat.

Inſolo. as. pe. ꝓ. ad ſolē ſicco. vñ īſolatus: ī ſole ſeu ad ſolē ſiccatus vl̄ penitus tactus aut calefact⁹. Col. li. v. ſuꝑ hoc materię q̄ fructū hñt: melius ꝯualeſcūt ⁊ vuę cōmodius īſolatę p̄coquunt̄. Inſolare quoqȝ puellę crines dñr dū faciē tectę poſſeſſos ad ſolē tenēt cādicandi gr̄a. Et ipſi crines īſolati dñr. Ply. Cerā vinaceo crate ſub dio ſiccāt ſole lunaqȝ. Hoc enī candorē facit: ſi ſic ſiccat̄. Et ne liquefaciant ꝓtegūt tenui linteo. Candidiſſima v̄o fit poſt inſolationem humi recocta.

Inſomnia. ę. vigilia. Inſomniū phātaſma. vide ī dictio. ſomn⁹

In ſpē venio ſperare incipio. Ci. lib. ij. de ora. Nōnullam in ſpē veneram poſſe me aliquid ex iſtis diſcere.

Inſpicio cis. pe. cor. intus ſpicio ſeu valde intueor. Ter. in adel. Deniqȝ inſpicere tanq̄ȝ in ſpeculum vitas hominum iubeo: atqȝ ab alijs exemplum ſumere ſibi.

Inſpecto as cōtinue ſeu attente intueor. Gel. lib. j. Ibidem in ſtadio inſpectante ppl̄o in oſculis atqȝ in manibus filioꝝ aīam efflauit. vnde ⁊ inſpectare pro cuſtodire ponitur. Sue. in Ceſa. ſunt qui putent confiſum eum nouiſſimo illo ſenatuſconſulto ac iureiurando etiam cuſtodias hiſpanorum cum gladijs inſpectantium ſe remouiſſe.

Inſpectius aduerbium ſignificat minus inconſiderate.

Inſpicio as. pe. pro. in modum ſpice vel ſpici acuo. Uirgil. lib. j. ge. Ferroqȝ faces inſpicat acuto. Ser. acuto ferro incidit ad ſpeciem ⁊ imaginem ariſtarum.

Inſpiro as. pe. pro. ſignificat diuino quodā ſpiritu in mentem inijcio. Unde dicimus ſanctos dei hoīes inſpiratos fuiſſe locutos. Et inſpirare intus ſpirare: hoc eſt ſpiritum ſeu ventū infundere. Col. lib. j. Sed granaria ſcalis adeantur: ⁊ modicis feneſtellis aquilonibus inſpirentur.

Inſtar īdeclinabile lȝ ꝓbus inſtar is gtm̄ dixerit. Qō ⁊ ſine p̄poſitiōe ⁊ cū p̄poſitiōe īuenit̄. Et mō ſig̃t ad eq̄parationē. Col. lib. iij. Uineā nouellā gēmas agere finito: ſil̄ ꝙ atqȝ pampinus īſtar q̄ttuor digitoꝝ erit: dū demū pampinato. Mō ad mēſurā: vt apud eundē lib. j. In cāpo rarius: in colle ſpiſſius aceruī ſtercoris īſtar q̄nqȝ modioꝝ diſponent̄. Mō ad ſil̄itudinē: vt illud Ci. accipi pōt. Amaui aūt quę ſiūt nō vici: ſȝ vrbis inſtar. Et in Piſonē. Unus ille dies mihi q̄dē īmortalitatis īſtar fuit cū ſenatū egreſſum vidi ppl̄m romanū vniuerſum. Sue. in Ceſa. Cuius ēt. ſ. eq̄ inſtar ꝓ ęde veneris genitricis poſtea dedicauit. i. effigiē cōſimilē. Soli. cū p̄poſitione meſopotamiā opimat annuę īundatiōis exceſſibus ad īſtar amnis egyptij terris ſuperfuſus īuecta ſoli fęcunditate. Sil̄r Hiero. in Job. ⁊ gaudium hyppocritę ad inſtar puncti Idē in ioſue. Steterūtqȝ aquę deſcendētes in vno loco ⁊ ad īſtar mōtis ītumeſcētes apparebāt ꝓcul ab vrbe. Aug. Et iō hodie vt vitale lauacrū reſurgēs dei ppl̄s ad inſtar reſurrectionis eccleſiā noſtrā ſplendore niueo illuminat.

Inſtauro as. nō ab īſtar deſcēdit: vt q̄dā putauere: ſȝ cōpoſitū ē ab in ⁊ ſtauro. Uñ ⁊ reſtauro. Nā ītegro qō īſtauro ſil̄e eſt in ſignificatiōe cōpoſitū quidē eſt quia Ategro habet̄. Et vñ cōpoſitū eſt Ategro: īde ⁊ ītegro. Uñ ꝯtamino inde ⁊ attamino: ⁊ multa hmōi. Sic vñ īſtauro: vñ ⁊ reſtauro quoꝝ ſimplicia cū non ſint in vſu cōpoſita hñt ꝙ p̄poſitiones cū q̄bus iunguntur aperte declarāt. Pręterea cū ītegrare idē ſit qō inſtaurare: nimirū īſtaurare ītegrare eſt. In quo quantū adīſtar diſtet aīaduertere lȝ. Terē. in an. Amantiū irę amoris ītegratio eſt: vbi Do. Integratio īſtauratio. Integrare v̄o vt inq̄t feſtus eſt in ſtatū redigere nō ad ſil̄itudinē prioris ſtatus dixit: ſȝ ſimplr̄ in ſtatū redigere vtcunqȝ ſit ſtatus: ſil̄r inſtaurare dicemus in ſtatū redigere: nō ad ſil̄itudinē prioris ſtatus facere. vñ Uirg. per tranſlationē dixit. Inſtaurati aī regis ſuccurrere tectis. i. q̄ſi recreati: ſiue validi facti: ſuper Ser. ait. Hinc oſtendit̄ eos ſuperius defeciſſe: ⁊ nō dicit ad ſil̄itudinē antiquā ꝯualuiſſe. Et raro euenit vt euerſa ędificia ad ſil̄itudinē priſtinā inſtaurent̄. Liui. lib. iiij. Nā ꝓbaliſci perpelli ad inſtaurandū bellū: neqȝ clade romanoꝝ: neqȝ ſocioꝝ p̄cibus potuere. Inſtaurandū non ad ſil̄itudinē p̄riſtini gerendū: ſȝ integrandū ⁊ denuo inferendū: ſic Ci. de p̄uincijs ꝯſularibus in piſonē ⁊ Gabiniū bellū affectum videmus ⁊ vere vt ita dicā confectū periculum ſit ne inſtauratas maximi belli reliquias ac renouatas audiamus. Uirg. li. iij. Ergo īſtauramus polydoro funus. i. ītegramus ſupplemus ⁊ facimus funus: qō fieri ꝓ loco ⁊ tp̄e ꝯdecebat. Idē lib. vij. Certatim īſtaurant epulas. i. denuo īponunt. Cū ergo īſtauro nihil in ſignificato ꝯueniat cū inſtar: nullo pacto ab īſtar

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK PADERBORN

formari dicendū eſt: prȩſertim cū nec ad analogiā ptineat: ꝙ inſtauro non inſtauro facere deberet. Reſtauro autē ꝗ̄uis pene abſoluerit ⁊ pro eo inſtauro ſȩpe poſitū ſit. Lac. lib. vij. vſus eſt p reduco ſeu reformo renuo refricione: Uex ille cū deleuerit iniuſticiā iudiciūq̄ maximū fecerit: ac iuſtos qui a principio fuerunt ad vitam reſtaurauerit: mille annis inter hoīes verſabitur. Non enim ad antiq̄ ſimilitudinē reformauerit intelligendum eſt cum longe elegantiori forma ſint iuſtorum corpora reficienda q̄ ea quā prius habuerant.

Inſterno is. ſup ſterno operio extēdo: vñ inſtrata ȩquor ornamēta dñr. Et īſtratus lect⁹ dr veſte ſtragula excult⁹. Ulpia. inſtratū ſigt oēm veſtē ſtragulā īſternendi cauſa paratam.

Inſtigo as. pe. p. ex in ⁊ ſtigo cōponi vr: vt ſit ſtigo ſtimulo ⁊ inſtigo inſtimulo ⁊ tā in bonū q̄ in malū ſumit. Hiero. de diuo Luca. Obijt plen⁹ ſpū ſcō quo inſtāte in achaiȩ partibus grȩcis fidelibus dñi incarnationē fideli narratione oſtendit Hoc modo componuntur caſtigo quaſi ad id quod caſtum eſt ſtimulo. Fuſtigo fuſte ſtimulo vel ferio.

Inſtingo is. xi. ctū. ītus cōmoueo. Lac. lib. vj. Ego vō eos q̄ vera īprudētes loquūt ſic habēdos puto taq̄ diuinēt ſpū aliquo īſtincti. Ual. max. li. j. ſamij prienenſib⁹ auxiliū aduerſus caras īplorātibus: arrogātia īſtincti p claſſe ⁊ exercitu lenibulā eis deriſus grā miſerūt. Hinc īſtinctus us. ipſa cōmotio. vñ dicimus aliq̄d ſpiritus ſancti inſtinctu factū eſſe.

Inſtita pe. cor. tenuis faſciola inq̄t Acron: q̄ ſtolȩ imā partē ambit. Hor. Nil mediū eſt ſūt q̄ nolūt tetigiſſe niſi illas q̄rū ſubſuta talos tegit inſtita veſte ꝯ alius nullā niſi olenti in fornice ſtantē. Ouid. in arte. Eſte pcul vite tenues inſigne pudoris. Queq̄ tegis medios inſtita longa pedes. vñ ⁊ in euang. legimus de lazaro ꝙ erat ligatus inſtitis. i. faſcijs.

Inſtitor pe. co. negociator ex eo dictus vt Ulpia. inquit ꝙ negocio gerēdo īſtet nec multū refert tabernȩ ſit ppoſitus an cuilibet alij negociatiōi cū interdū ēt ad hoīes honeſtos afferāt merces ⁊ ibi vendāt. Hier. ſup lib. puerbi. Inſtitor negociator q̄ ab eo ſic dr ꝙ p acq̄rendis multiplicādiſq̄ mercib⁹ ſedulus inſiſtat. Idē ꝯ ioui. Anus ⁊ aurifices ⁊ hariolos ⁊ inſtitores gēmarū ſericarūq̄ veſtiū ſi ītromiſeris periculū pudicitiȩ eſt. Poetȩ fere ſp accipiūt īſtitorē p eo qui venditor eſt mercīū delicatar: cuiq̄ veſtiarij ⁊ litterarij dant veſtem circūferendā ⁊ diſtrahendā quē vulgo Circitorē appellam⁹ Ouid. īſtitor ad dñam veniet diſcinctus emacē. Plautus ancillā pro dña negociantē inſtitricē vocat: vergiliaruꝫ quoq̄ ſydus. Inſtitor veſtis dr ꝙ mēſe nouēbri cū ear occaſus eſt ex hoc ſydere ꝯiecturā faciunt hyemis: nam ſi nubilus fuerit ear occaſus pluuioſam hyemē denunciat. Ideoq̄ negociatores ſtatim augent lacernar pcia q̄bus pluuio tpe vtimur: ſi vō ſereno tempore occiderint aſperitas hyemis denunciatur. Idcirco reliquarū veſtitum prȩtia accedunt.

Inſtitori⁹ a. um. qō ad īſtitorē ptinet: vt ars īſtitoria. Hiero. cō. heluidum. Quȩ īſtitorias exercet artes neſcio an corpore qō ſcio ſpū virgo nō pmanet: īſtitoria actio dr q̄ dñs īſtitorē cōuenit vel p īſtitorē ꝯuenit: nā ſi libitinari⁹ polinctorē habuerit: iſq̄ mortuū ſpoliauerit dādū in eū īſtitoriā actionē q̄uis furti ⁊ iniuriar actio cōpeteret inquit iureconſultus.

Inſtituo ex in ⁊ ſtatuo ſignificat decerno. Apul. ſolon aut Lycurgus īſtituit: hinc īſtituta ⁊ īſtitutiōes. Aliqñ icipio. Ply. Priuſq̄ id opus īſtituerē. Aliqñ doceo īſtruo. Sene. ſūt enī non mō lr̄is ſꝫ ēt bonis moribus inſtruēdi adoleſcētes. Qō ⁊ de malis dr. Iuue. Inſtituitq̄ rudes melior locuta ppinq̄s i. docet eas venefica. Aliquādo ordino. Et proprie de ludis de orationibus ⁊ de moribus hoīum dicit. Terē. Optime vitam inſtituit. Sal. Ea familia ortum ita ſe ab adoleſcētia vitam inſtituit: ſe vt oīa bona in ſpe haberent.

Inſtitutū bonū morē ꝯſilio ⁊ rōnȩ ſumptū ſigt ⁊ domeſticā diſciplinā: quȩ lr̄is nō mandant: ſed obſeruant cōi opinione bonorū viror per quādā ꝯſuetudinē. Quintil. nā is q̄q̄ nutricibus triennīū dederit tñ iam tum formari optimis inſtitutis mentē infantiū iudicat: vñ de īſtitutis apud Ual. max. i. de moribus. Aliqñ dr propoſituꝫ incȩptū: vt faciā pro meo

inſtituto. Ply. hȩc ſunt rer principia ⁊ inſtituta naturȩ. Aliqñ dicit decretū ⁊ ſanctio: vñ Iuſtinianus opus ſuū inſtitutam inſcripſit ſed barbare q̄ dicuntur inſtitutiones: ⁊ ita indocilis fuit: vt analphabetus diceretur teſte ſuida.

Inſtitutiones ſunt prȩcepta quibus inſtituuntur homines atq̄ docentur: vt libri a Quintil. de inſtitutione editi. Quandoq̄ inſtitutio vocatur ipſa inſtructio.

Inſto as. qñ datiuo iungit ſignificat inſtantiā ⁊ vim quādā facio ſollicito. Ci. p Quintio. vex qñ tibi inſtat hortenſius: vt eas in ꝯſiliuꝫ a me poſtulat ne dicēdo tp̄s abſumā: interduꝫ incūbo. Uir. Talis erat dido talē ſe lȩta ferebat per medios īſtans opi: regniſq̄ futuris: idē in Buc. ſine caſu poſuit. Deſine plura puer: ⁊ qō nūc inſtat agamus. Interdū inſectationē facio qō vernacula lingua dicimus dar la caza. Liui. lib. j. ita incurriſſe a lateribus fuerūt vt nō ſiſterēt mō ſabinas legiones ferociter īſtantes cedētibus ſꝫ ſubito in fugā auerterēt. Qñ vō actūm hꝫ ſigt vrgeo ⁊ q̄ſi ꝯſto. Plau. in Cur. Si magis me īſtabūt ad ptorē ſufferā. Itē ſupſto. Idem in Aſi. Rectā inſtas viā ea res eſt. i. īgreſſus es ſiue obtines: ſtaſue ſup rectā viā. Et in hymno. Sꝫ prȩmiū mortis ſacrȩ pennis īſtet glīa. Inuenit ēt ſine aliquo pdictor caſuū lꝫ poſſit intelligi. Sal. Ueterani virtutis pſtinȩ memores cōminus acriter īſtare: illi haud timidi reſiſtūt. Inſtare p inſtabant: q̄ſi ꝯſtabāt. i. pugnabāt. Ter. in an. Ego illud ſedulo negare factū: ille īſtat factū. i. ꝯtendit factū. Aliqñ īſequor aduēto. Sal. optimū factu ratus noctē q̄ īſtabat añ capere ne q̄d eo ſpatio nouaret. i. prima erat vel ſeq̄bat. Cȩſar. lib. j. Cȩſar vbi ſe diutius duci intellexit ⁊ diē inſtare quo die frumentū militibus metiri oporteret. Huius verbi frequentatiuuꝫ eſt inſtito as.

Inſtito as. pe. cor. ſȩpe contraſto pugno Cȩſar lib. j. Id conſpicati heluetij qui in montem ſeſe receperant rurſus inſtiſtare ⁊ prȩlium redintegrare cȩperunt.

Inſtans nomen ſubſtantiuū dr minimū tēporis momētū qō īminet ⁊ pſens ē. Uñ etiā apud dialecticos tēpus inſtans dr qō eſt pſens. Ci. lib. iiij. tuſ. Quȩ enī vemētia metuunt eadē efficiunt ȩgritudinē. Inſtantia. i. prȩſentia vrgentiaq̄.

Inſtantia. ſedulitas. Hiero. Mirari non deſino exactionis veſtrȩ inſtantiam. Exigitis enim vt librum chaldȩo ſermone conſcriptum ad latinum traham.

Inſtanter aduerbium ſignificat ſedulo.

Inſtruo is. xi. ctū. ordino ⁊ tā de malis q̄ de bonis intelligi pōt. Uirg. Dolis īſtructus ⁊ arte pelaſga. Silr̄ dr de acie de claſſe de cā ac etiā de mēte alicuius. Plau. ī am. Nos nr̄as more nr̄o ⁊ mō īſtruximus legiōes. Lac. lib. j. Qō malū a grȩcis ortū ē: quor leuitas īſtructa dicēdi facultate ⁊ copia incredibile ē q̄tas mēdacior nebulas excitauerit. Idē lib. iij. Apparet falſaꝫ ⁊ inanē eē oēꝫ phiaꝫ: q̄ nec īſtruit ad iuſtitiȩ munera: nec offm̄ hoīs rōnēq̄ ꝯſumat. Col. li. v. Nōnulli ſtrenue fabricāt nauigia nec ꝯſumata pinde īſtruūt armamētis miniſtriſq̄. i. armāt: vl' munūt. Gel. li. j. Uerba lȩlij hȩc ſūt q̄b⁹ hȩdū q̄ ad epulas fuit allegat⁹ dimiſſuꝫ cȩnāq̄ ita vt lex ſanxiſſet pomis holeribuſq̄ īſtructā. i. paratā Hier. ad ruſ. Quaſi doctus nauta rudē conor īſtituere vectorē. i. docere.

Inſtrm̄ ab inſtruo ſit cui⁹ noīe ſignificat oē illō quo q̄s ad operādū vtit. Sic dicim⁹ arma inſtr̄a belli eē. Legiōes manarȩ ſarcula inſtr̄a agricolatiōis. Et inſtrm̄ dr id quo q̄s docetur Uñ dicimus inſtrm̄ vetus: ⁊ inſtrm̄ nouum pro lege veteri ⁊ lege noua. Ex his enī hō inſtruit q̄d agere aut vitiare debeat. Aliqñ ſumit p apparatu quo fundus taberna ⁊ id gn̄s alia īſtruunt. Sue. de Aug. Et alexādria capta nihil ſibi prȩter murinū calicē ex inſtr̄o regio retinuerit. Sic apud iurecōſultos titulus eſt de fundo īſtructo ⁊ inſtr̄o legato. Aliqñ inſtr̄i noīe intelligit monumentū ſcripturarū ad res geſtas pertinentiū q̄le ferme eſt reptoriū qō vulgo inuentariū appellat. Sue. in veſpa. Undiq̄ īueſtigatis exēplaribus īſtrumentor īperij pulcherrimū ac vetuſtiſſimū confecit.

Inſucco as. ībuo: ſeu īficio: q̄ſi in ſucco balneo. Col. li. viij. Fracta pecudū nō alr̄ q̄ hoīuꝫ crura ſanant inuoluta lanis oleo atq̄ vino inſuccatis atq̄ mox circūdatis ferulis colligata.



UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK PADERBORN

Inſueſco is. Uide in dictione ſueſco.

Inſula pe.coꝛ.ďꝛ terra q̃ vndiq; aq̃s claudiť: ꝓpꝛie aũt in mari. Uñ q̃dã a ſalo appellatas iſulas volũt ꝙ in ſalo.i.in mari ſite ſint. Hic peninſula: q̃ q̃ſi iſula eſt: ⁊ vndiq; fere aq̃s clauſa tm̃ anguſtia que ďꝛ Iſthmos ꝯtinenti annectiť. Mediãnis vocať quã amnis circuit. Inſule etiã dñr domus in vꝛbe ab alijs ſeparate ⁊ vicos vndiq; habẽtes ꝙ ſicut inſule ſunt in mari loca vndiq; ambita vndis diſcreta a ꝯtinẽti: ita dom⁹ nullis ꝯnexe edificijs coherentibus inſule noĩanť. vñ Spartianus ſcribit trecẽtas.xxxv.inſulas olim rome incẽdio abſumptas fuiſſe. Ulpia.titu.de v̾bo.ob. Plane ſi inſulã fulciri quis ſtipulatus ſit nõ eſt expectandũ vt inſula ruat.

Inſulatus.a.um.qđ factum eſt inſula. Auguſt.lib.iiij.ciui.dei. Illas etiam que pꝛius fuerant continentes hoſpitibus atq; aduenis fluctibus iſulatas aliaſq; deſidia maris peruias factas ac pꝛocellis euerſas eſſe ciuitates.

Inſularis ⁊ hoc inſulare quod eſt inſule. Ply. Qui pꝛimus inſularem moꝛbum in vꝛbem inuexit.

Inſularius.a.um.ponitur pꝛo vili. Unde iuriſconſulti viles ſeruos inſularios appellant: qui ſine ciuitate ſũt in opus publicum perpetuo dati ⁊ in inſulam depoꝛtati ſiue in inſulas ad effodienda metalla demandantur.

Inſulto as.frequentatiuũ ab iſilio ex in: ⁊ ſalto cõpoſitũ ẽ: a in u mutata. Et ꝯſtruiť cum dtõ ⁊ aliq̃ñ cum accuſatiuo. Et mõ pꝛo iſilio poniť. Uirg. inſultare ſolo ⁊ greſſus glomerare ſuperbos. Mõ ꝑ irrideo ⁊ ꝯtumelioſius in aliquem aliq̃d vel dico vel facio. Sal. multos tñ ab adoleſcẽtia bonos iſultauit. Ter.in eu. Ne tu iſtas faxo calcibus inſultabis fruſtra. Sue. ſcribit Ceſarẽ dixiſſe ſe inſultatuꝝ capitibus aduerſarioꝝ.

Inſultura pꝛo inſultatione. Plau. Nam ego iſtam inſulturam deſulturam nihil hic moꝛoꝛ.

Inſum in aliq̃ re ſum. Lact.lib.ij.ineſt ergo ſyderibus ratio ad peragendos meatus ſuos apta: ſed dei eſt illa ratio.

Inſummo as.finio. Aug. Omnis opera inſũmata eſt: doloꝛ remanſit. Inſummo is.pe.pꝛo.conſumo. Hiero.ad Pãma deliciarum quodam ſuppellectilem virtus inſumit.

Inſuper pe.coꝛ.ſignificat pꝛeterea: a quo fit deinſuper.

Inſuſurro as. Macro.lib.ij.ſatur. Uale dicenti hoc tm̃ inſuſurrauit: non putabam me tibi tantum familiarem.

Inſubꝛes populi ciſalpine Gallie: cuius ciuitates ſunt: mediolanum Papia Lauda Nouaria Uercelle ⁊ Comum.

Integer.a.um.pe.coꝛ.ſi de etate ďꝛ: intelligiť ea q̃ in floꝛe ꝯſiſtit ſ.iuuẽtute: in q̃ roboꝛ viuidũ ⁊ ſanguis adhuc iteger ẽ: q̃ etate in ſeniũ vergẽte minuiť. Terẽ.in an. Egregia foꝛma etate integra. Integra res que ẽ ꝑfecta de qua nihil ẽ iminutũ: vt integrũ coꝛpus cui nihil deeſt: integer vir q̃ ẽ caſtus: ⁊ qui oĩ virtute pꝛeditus ẽ. Hinc fit aduerbium abintegro qđ ſignificat rurſus: quaſi res perfecta rurſus inchoetur.

Integrum mihi ẽ: ſignificat vtile ẽ: nam illa res dicitur integra que intacta ⁊ nondum tracta ẽ. Rurſus integrum ẽ: ſignificat in arbitrio ẽ ⁊ poteſtate. Cice.lib.iij.de oꝛato. ſed quoniã hec iam neq; in integro eſſe poſſunt.

Integro as.pe.coꝛ.ꝑficio ꝓpꝛie tñ ſignificat rurſus icoho iſtauro ſiue innouo. Uirg. Romaq; ſedẽs miſerabile carmẽ integrat. Liui.lib.v.ſil' vt ab religione aĩos remiſerũt integrant ſeditionẽ tribuniplebis. Ab hoc fit deintegro ⁊ redintegro.

Integraſco is.idem quod integroꝛ. Teren. Hoc malum integraſcit. vbi Do. integraſcit.i.integratur.

Intelligo is.pe.ꝓ.ex iter ⁊ lego q̃ſi in iterioꝛibus lego vñ intelligentia. Ci.lib.iij.of. Explica atq; excute intelligentiã tuaꝫ vt videas que ſit in eis ſpecies ⁊ notio boni viri. Huius cõpoſitum ẽ ſubintelligo qđ ẽ mediocriter itelligo. Hier.ad exuperam. Hoc autem dico non quo te auarum dixicerim: ſꝫ ſubintelligam idcirco adhuc militie operã dare vt impleas ſacculum quem euacuare dominus pꝛecipit.

In tẽpoꝛe ſignificat opoꝛtune. Saluſtius. Maxime ferocia regis mitridatis in tẽpoꝛe bellaturi. Ter.in an. veni in tẽpoꝛe.

Intempeſta nox ďꝛ obſcuriſſima tacita ac ſilens vt ẽ fere media nox: ꝙ careat tẽpeſtatib⁹ ⁊ tumultu cũ tp̃s agendi ẽ nullũ qđ alij concubinuꝫ dicunt ꝙ fere tunc omnes cubent. Ci.in ver. Affertur nocte intempeſta grauis huiuſce mali nuncius.

Intẽpeſtiuus.a.um. Qđ ꝓter tp̃s fit. Boe. intempeſtiui funduntur vertice cani. Gel. intẽpeſtiue atq; inſolute diſſerebat.

Intendo is.ſignificat extendo. Tractũ a venatoꝛibus q̃ retia intendũt ad captandas feras. Uel a ſagittarijs. Cice.de ſuppli. Tabernacula carbaſeis intenta velis collocabant. Idem in Cato. Intentũ aĩum tanq̃ arcũ habebat: nec languens ſuccũbebat ſenectuti. Et intendere eſt aĩaduertere diligenterq; intueri. Uirg. intenti expectãt ſignũ. Itẽ dirigere. Sal.in Iug. In regnũ Atherbalis aĩuꝫ intẽdit. Itẽ inectere illigare. Uir. Et ſtupea vincula collo itendũt. Ci.in Hoꝛtẽ. ꝑ trãſlatõeꝫ dixit. Quero nõ q̃b⁹ intẽdã rebus aĩuꝫ. ſꝫ q̃bus relaxẽ. Item ꝯ conari ꝯtẽdere oĩ conatu. Ci.lib.ij.Tuſ. Quid qui volũt exclamare maius num ſatis habent latera fauces linguam intendere e quibus elici vocem ⁊ fundi videmus.

Intentus.a.um. ⁊ participium ⁊ nomen eſſe poteſt vnde intentioꝛ ⁊ intentiſſimus.

Intẽtio nõ accipiť ꝓ volũtate aut ꝓpoſito ſꝫ ꝓ actu q̃ dirigitur ⁊ exerceť ſeu ſit a volũtate hoĩs vt ſit itẽtio volũtatis ſeu ꝓpoſiti operatio q̃ moꝛe arcus aut choꝛdaꝝ cũ tenduntť aliq̃ñ recte aliq̃ñ magis aliq̃ñ minus q̃ꝫ opoꝛtet ſe exercet.

Intento.as.ab intendo ſignificat minoꝛ. Uirg. Pꝛeſentem qui viris intentant omnia moꝛtem.

Intẽtatus iexpertus.ab intẽtoꝛ aris. Ci.in Lel. Nemo ẽ qui nõ quo cũ ꝯſueuit libẽtius vtatur q̃ꝫ intentato ⁊ nouo.

Inter ꝑpoſitio ẽ ab in deducta q̃ ſeparať ⁊ cõponiť. Separata ſig̃t μεταξυ Gel. iter os ⁊ officia multa iteruenire pñt. Aliq̃ñ in medio quoꝛũdã: vt iter reges: iter vicinos. Aliq̃ñ i eũ locũ vbi. Ci. Dico te pꝛioꝛe nocte vt vẽiſſe iter falcarios.i.illuc vbi ſũt falcarij. Aliq̃ñ ꝑꝑ ſeu poſt. Uirg. Hunc iter fluuio tyberin⁹ ameno. Cõpoſita v̾o mõ ſig̃t de medio: aut de medio vt itercipio. Mõ totũ vt iterbibo. Mõ facti ꝑuatõeꝫ ſiue deſtructionẽ: vt iterficio iterimo. Et in hac ſignificatiõe multitudinẽ totã ſil' peremptã ſiue in totũ ſil' cõplectiť: vt interneco. Mõ ſignificat maxime vt interdico iter minoꝛ. Cõponitur autẽ fere cũ oĩbus lr̃is ⁊ integra manet. A vt interareſco B vt interbibo C vt itercedo D vt interdico E vt intereo. F vt interficio. I vt interiaceo. L vt interlino. Notanť intelligo vbi r mutať in l. M vt iterminoꝛ. N vt interneco. P vt interpello. R vt interregnũ. S vt interſum. T vt iturbo. U vt interuenio. Ab inter fiunt interea ⁊ interim.

Interaneus.a.um.ab itra fit: ſicut ex̃neus ab ex̃: ⁊ ſignificat inteſtinũ. Ply. medelle ſũt inumere ad iteranea. Col.lib.x. Quidã exemptis interraneis occiſas vel intus icludunt q̃ tp̃e hyberno pluuijs deliteſcẽtibus apibus ꝑbent tepoꝛem.

Interareſcere eſt penitus areſcere hoc eſt aridum fieri ⁊ languens ſicut interbibere.

Interraſile pe.coꝛ.qđ eſt interpolatum celatura ſeu ſculptura ⁊ plano. Planũ eni iter celaturas q̃ſi raſum vr̃. Hier.in Exo. Et ipſi labio coꝛonã interraſilem altam q̃ttuoꝛ digitis.

Interamna vꝛbs vmbꝛie ꝙ iter duos amnes ſit conſtituta.

Interbibo penultima coꝛrepta. totum bibo. Plau.in Aul. Pꝛeterea tibicinam que mihi interbibere ſola ſi vino ſcatet coꝛinthienſem fontem ⁊ pyreneum poteſt.

Intercalo as.pe.coꝛ.interſero ſeu iteruoco. Liui.lib.ix. Ut intercalate pene vſurã habeãt. vñ itercalaris mẽſis: dictus ẽ quo iterſerebantur dies q̃ deerãt ad cõplendũ annũ. Diuerſis q̃dẽ rõnib⁹ diuerſo tp̃e. Is ãt mẽſis erat febꝛuari⁹ q̃ñ erat vltim⁹ anni: nõ tñ intercalabanť in fine mẽſis ſꝫ poſt vigeſimũ ⁊ tertiũ terminalib⁹ iã peractis deĩde reliquos febꝛuarij dies q̃ erãt q̃nq; poſt intercalationẽ ſubiungebãt vetere religionis ſue moꝛe vt febꝛuariũ oĩno martius ſequereť: intercalares kalẽde dñr kalẽde mẽſis itercalaris.i.febꝛuarij. Alij intelligũt kalẽdas martias nõ ꝙ eo mẽſe intercalerenť dies: ſed ꝙ eſſent ꝑxime diebus intercalatis.i.ꝙ ſtatim ſequerentur intercalationẽ quinq; tantũ diebus interpoſitis: itercalares dies greci emboliſmos ſiue pyperbolicos nominant: itercalares verſus qui frequenter iter aliquos verſus interponť

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

vt eſt apud Uirg. Incipe menalios mecū mea tibia verſus.

Intercalaris ⁊ hoc intercalare ſeu intercalarius a.um. quod interſeritur. vide in dictione intercalo de qua modo.

Intercapedo pe.pro. interſtitium temporis: mora in medio alicuius rei poſita: ſiue tempus de medio eius captum ⁊ diuiſio. Feſtus. Intercapedo tempus interceptum com.ſ. mora eſt ad capiendum. Cice. filio Tiro. Itaqꝫ iam me non penitebit intercapedinem ſcribendi feciſſe.

Intercedo is.pe.pro. ſſi. ſſum. Interueni cōciliādi gratia: vt interceſſi apud regē ꝓ tua ſalute. Apul. Dū ꝓ inope ac calamitoſo intercederē. Aliqñ intercedere ſigt mediū eſſe. ſiue de loco: ſiue de tēpore dicat̄. Ceſar. li.i. nō ſe hoſtē vereri: ſed anguſtias itineris ⁊ magnitudinē ſyluaꝝ que inter eos atqꝫ ariouiſtū intercederent. Ci. lib.ij. de ora. Uix annus interceſſerat. De verbis quoqꝫ dr̄ q̄ſi in mediū opponere: vt Tribuni interceſſerunt hoc ē oppoſuerunt ſe et rē impediuerunt contradixerunt. Ceſar. lib. viij. Quod ſi ad aricinoi ſpectat nihil intercedi quo minus ſamniti populo pacis belliqꝫ arbitrium ſit. Ter. in An. Si nulla egritudo huic gaudio interceſſerit. Dicimus etiā intercedit mihi tecū amicicia. intercedit tibi cū illo affinitas. Hoc ē media eſt: que me tibi: ⁊ te illi ɔciliat. Gel. ꝓ inhibere ac coercere poſuit. ne ſibi inq̄t intercedamꝰ: quo minus ſuapte poteſtate vti liceat. Similiter Sue. i Ceſa. Ceterū Cecilio metello tribuno ple. turbulētiſſimas leges aduerſus collegarū interceſſionē ferenti auctorē propugnatorēqꝫ ſe pertinaciſſime preſtitit. Et proprie īterceſſio tribunoꝝ erat quibus vis fuit intercedendi hoc eſt vetandi prohibendiqꝫ. nam vt Gel. docet Tribuni ple. antiquitus creati videnť nō iuri dicendo ſed interceſſionibus faciēdis vt iniuria que coram fieret arceretur: ⁊ vt vim fieri vetarent.

